



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De natiuitate sancte Marie virginis. Cap[itulum]. li.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

## De sanctis in mēse septēbris occurrētibus Fo. ccc.

nē rex conciliū celebrari fecit: in quo archiepiscopus se de multis sibi obiectis purgavit. Et dum rex peteret: ut priuatos ad ecclesias renouaret: audita est vox crucifixi depicti de cruce: hoc fieri prohibentis. Post aliquod tempus iterum dūstanus de p̄dictis causatur: et ad palatium vocat. Et tūc ipse se deo dūdicandū cōmitteret: pars solarij domus vbi eius emuli stabāt subito corruit: et ipsos simul ruētēs sub machina oppressit. alia hō parte firmiter pmanēte archiepiscopus et ceteri remanserunt illesi. Tandem post multos labores vir domini tā senex anno: m. lxxix. in domino feliciter obdormiuit septimo idus septēbris: sepultus in ecclesia sua miraculis clarus.

De sancto Clodoaldo presbytero. Cap. l.

**C**lodoaldus p̄sby

ter floruit apud perusium ciuitate: tempore iustini senioris. hic filius regis colodomitis fratris suis a patre lothario exinctis: anno presati imperatoris quartū mundū deseruit: et in clericali gradu preminuit: ut ait sigbertus. Qui omni suo patrimonio pauperibus erogato: visib? indurus: et carne cilicio domas: nudeq; terre decubas: penitēte operam dabat. Relicta igitur patria ciuitate: venit ad aliam prouinciam ignotus: deo cupiens liberus deseruire. Mira colorūq; glorie claruit. Nā et demones effugebat: mutis loquelam: cecis visum: surdis auditum: claudis gressum tribuebat. Cum cuidam pauper ab elemosynam perenti quid daret nō haberet: cucullam eidē prebuit: pauper hō nocte in domo cuiusdā viri hospitatus est: cuculla vestit. In ipsa nocte vidit vir ille pauperē quasi clara luce indutum: quod et contingi sue ostendit. Factoq; mane cucullam ei datam a sancto clodoaldo didicit: et lucem quam viderat ipsius charitati attribuit. Sicq; viri dei fama percrebuit. Reuersus tandem parisiis: ab eusebio episcopo presbyter ordinatus: monasterium in loco quod dicitur nouigentū construxit: in quo in pace quē ut septimo idus septēbris: ibiq; sepultus miraculis viuit.

De natiuitate sancte Marie virginis. Cap. li.



**M**ariolose virginis Marie ex tribu iuda regis stirpe dauid duxit originem. Mattheus tamen et lucas non generationē marie: sed ioseph describunt: qui tamē a cōceptione xp̄i penitens alienus fuit: quia consuetudo

scripturarum erat: ut non mulieris: sed vtriusque generationis series referretur: verissime tamē virgo maria ex progenie dauid descendit: quod et hoc precipue patet: quoniā ut sepe scriptura testat: christus ex semine dauid duxit originē. Cum ergo christus ex solā virgine natus sit: manifestum est et ipsam ex dauid natam esse: et hoc et cathena nathan. David em̄ inter ceteros habuit duos filios: nathan scilicet et salomonem. Et cathena igitur nathan: ut ait damascenus: leui genuit melchī et pantherā. panthera genuit barpantherā: barpanthera genuit ioachim: ioachim vginē mariā. Et cathena autē salomonis mathā habuit vtrōq; ex q̄ genuit iacob. Defuncto autē mathā: melchī ex tribu nathan qui fuit filios leui: frater autē panthere: accepit vtrōq; relicta nathan matrē autē iacob: et genuit ex ea heli. Et sic sunt facti fratres vtrūq; iacob ex stirpe salomonis: heli autē ex tribu nathan. Defunctus est autē heli sine liberis: et accepit iacob frater eius vtrūq; vtrōq; et genuit ioseph: qui natura fuit filius iacob et descēssione salomonis: s̄m legē autē fuit filius heli et mathā descendētis. Nam filius qui nascebat taliter s̄m naturas: s̄m legē defuncti sine liberis filius reputabatur: hec damascenus. Hystoriā autē natiuitatis beate virginis hieronymus ut in p̄logo dicit: adolescētulus in quodā libello legit: sed post multū tēporis ut se eidē legisse meminērat: rogatus chromatio et heliodoro ep̄iscopis transcripsit. Joachim nāq; ex galilea de ciuitate nazareth de tribu iuda sanctā annā filiam garisi de bethleem eiusdē tribus duxit vtrōq;. Ambo autē iusti ante deum erāt: omnēq; substantiam suā tristate diuidebāt: vnā partē templo et eius seruitoribus: aliā peregrinis et pauperibus erogabāt: tertiā sibi et sue familie v̄sibus reservabāt. Et ita per annos viginti prole carētes: vouerūt domino: q̄ si eis sobolē p̄cederet: eam seruitō dñi māciparent. Cuius rei causa: cum in tribus festis precipuis hierl̄m frequentarent: in festo enceniorū ioachim cū cōtribulibus suis hierl̄m ascendit: et cū ceteris ad tēplū accedēs: oblationē suā ad altare domini offerre voluit. Quem isachar sacerdos cū indignatione reppulit: et cur ad altare domini accedere presumeret increpauit: asserens esse indignum maledictio legis obrosium: oblationē deo legis offerre: nec inter secundos infecundū: qui populū dei non auxisset astare. Joachim ergo confusus domum redire voluit: ne a contribulibus qui hec audierant: idem opprobrium sustineret: sed tristis ad pastores suos discessit: vbi post dies aliquot commorant: die quadam angelus domini cum immenso lumine astitit: qui cum ad eius visionem turbaretur: timorē eius angelus compescuit: dicens se esse angelus domini ad eum missum: ut annūciaret et preces suas exauditas a deo eē: et elemosynas suas in

## Liber

conspetu altissimi ascendisse. Uiderat enim de pudorem eius et sterilitatis opprobrium non reete ei obiectum. Et quia deus peccati ultor est non nature: cum aliam uerem clauderet: ad hoc faciebat ut mirabilius denuo aperiret: et non libidinis esse: sed diuini iuneris: quod nasceretur ostenderet. Quod quidem angelus per exempla plura suauit. Primo per saram gentis hebreorum primam: que usque ad nonaginta annos sterilitatis opprobrium pertulit: et tamen isaac cui repromissa fuit omnium gentium benedictio genuit. Secundo per Rachel que dudum sterilis fuit: et tamen ioseph genuit: qui dominus egypti et saluator multorum fame periturorum exiit. Tercio per sampsonem quo nullus fortior: et famelicus quo nullus sanctior: qui uirgines matres steriles habuerunt. Sicque probauit conceptus diu dilatatos: et steriliu partus mirabiliores esse solere. Nunciatque et angelus quod anna uxor sua filiam pareret: que uocaretur maria: que iuxta uorum parentum esset ab infantia domino consecranda: et adhuc ex utero matris spiritu sancto plena: semperque in templo domini muratura. Et sicut ipsa nascitura erat mirabiliter ex sterili matre: sic ipsa altissimi filium ex se incomparabiliter generaret: qui iesus uocatus omnibus gentibus saluator foret futurus. Deditque et angelus signum ut cum perueniret ad auream hierosolyme portam uxor suam amaram obuiam haberet: que de sua retardatione sollicita: tunc in conspectu eius gauderet. Misitque dicitur angelus ab eo discessit. Anna autem cum amare fletet: et quoniam loco uir eius fuisset ignoraret: et quasi ad remedium pomerium suum intrasset: idem angelus ei apparuit: et eadem uerba que ioachim nuncianerat idem dicit: addens ut pro signo ad auream portam hierosolyme pergeret: uirum suum redesset obuiam. Ambo ergo sibi sibi occurrerent: et de mutua uisione letati: et de prole promissa securi: adorato domino domum redierunt: diuini promissum certi et hilares expectantes. Conceptit igitur anna et peperit filiam: et uocauit nomen eius maria. Et obpleto igitur triennio ablactationis tempore ad templum domini uirginem eam oblationibus adduxerunt. Erant autem circa templum iuxta quindecim graduum psalmos quindecim gradus ascensionis gradus. In quo: in infimo uirgo constituta cunctos sine ducentis et leuantis manu tra per seipam consecraret: ac si iam perfecte etatis fuisset. Perfectaque oblatione filiam suam pariteres cum alijs uirginibus in templo dimittentes ad propria reuersi sunt. uirgo autem quotidie in omni sanctitate proficiens ab angelis sepius uisitabatur: et uisione diuina continue fruebatur: a mane usque ad horam tertiam orationi insistebat: a tertia usque nonam operi manuum permanebat. in nona hora ab angelico celesti cibo reficiebatur: et quod ei dabatur in templo pauperibus largiebatur: a nona autem usque ad solis occasum: in lege domini et psalmis me-

## Octauus

ditabatur. Crescente etate crescebat et sapientia et gratia apud deum et homines. Quarto decimo autem etatis sue anno pontifex publice denunciavit: ut omnes uirgines que in templo nutritæ fuerant: domum reuerse uirgines sine legem coniungerentur. Cui mandato cum ceteræ paruisissent: sola uirgo maria hoc facere non posse respondit: tum quia parentes sui eam domini seruitio mancipassent: tum quia ipsa uirginitatem suam deo uouisset. Anxiatu pontifex quia nec scripturam de uoto soluendo infringendas putaret: nec morem in israel inuictum introducere auderet: conuocatis senioribus iudeorum dominum super hac re consulendum decreuerunt. Quibus orantibus uox de loco oratorum cunctis audientibus insonuit: dicens ut quicumque de domo dauid nubiles coniugati non essent: singulis uirgas suas ad altare deferrent: et cuius uirga germinaret: ac in eius cacumine spiritus sanctus iuxta esale prophetiam in columba specie descenderet: illi procul dubio uirgo maria desponsari deberet. Erat inter ceteros ioseph de domo dauid qui senex iam erat: et uxor præmorta filios ac nepotes et filios iam pronepotes habebat. Cui cum incongruum uideretur: quod uir mature etatis teneram uirginem duceret in uxor: ceteris uirgas suas afferentibus: solus ipse uirgulam suam subtraxit. Unde cum nihil miraculi appareret: pontifex iterato dominum consulendum putauit. Qui respondit quod solus ille uirgas suam non attulit: cui uirgo desponsari debebat. Productus itaque ioseph cum uirga attulisset: et ipsa ilico germinasset: et in eius cacumine columba de celo aduolans consedisset. Et liquido omnibus patuit ei fore uirginem desponsandam. Desponsata autem uirgine ipse quidem in ciuitatem suam bethleem rediit: domum suam dispositurus. Uirgo autem maria cum quinque uirginibus coeuis suis: quas ob ostensionem miraculi a sacerdote acceperat in socias ad domum parentum in nazareth reuersa est. Nomina uirginum erant hec: Rachel: sephora: susanna: abigera: et agabel. quarum omnium maria etate minor erat: quibus data sunt ad operandum pro uestibus templi sericum: hyacinthus: coccinus: byssus: alinum: et purpura: ut quelibet ex uno horum uestem cõtereret. Cum ergo sacras sortibus: que ipsarum: quid horum operari deberet: et maria forte purpuram ad uelum templi domini accepisset: alie uirgines ei dixerunt admiratores: quod cum ipsa minor omnibus esset: purpuram que ad reginas operari pertinet: accepisset. Ideoque congruum erat quod ipsa regina uirginum uocaret. Et exinde quasi diuino instinctu cepit illam reginam uirginum appellare. In diebus autem illis eidem gabriel angelus oranti apparuit: et de ea nasciturum dei filium nunciat: ut dictum est supra in eius annunciatione octauo kap. ap. i. Nec hieronymus. Dicit autem natiuitatis bea-

De sanctis in mēse septēbris occurrētibus. Fo. cccxi.

e marie aliquā to tempore fideles latuit. Eon-  
igit aut vt refert iohannes belet: q̄ quidam  
sanctus vir cōtēplationi sedule vacās: singulis  
annis. vi. idus septēbris iocundissimos ange-  
lorum cantus audiret. Qui dominum instanter  
orauit: vt sibi reuelaret: cur ea die tm̄: et non  
alia hec audiret. Deumq; respōsum accepit:  
q̄ virgo maria. vi. idus septēbris nata fuit: de-  
cūsus natiuitate celestis curia solennitarem fa-  
cit: mandans vt hec filijs ecclesie manifestaret:  
vt concordēs fierent in tali festo celesti curie.  
Qui cum hec summo pontifici et alijs intimas-  
set: illi scripturis et antiquitatum testimonijs  
veritatem virginis extunc ipsa die celebrādam  
vniuersaliter statuerūt: videlz. vi. idus septēb.

De sancto Adriano et socijs mar-  
tyribus. Cap. liij.



**Adrianus**

martyr. cā. xxxiij.  
in alijs apud ni-  
comediam pas-  
sus est sub impe-  
ratore maximo. Qui cum  
in pfata ciuitate degeret. In-  
fuit omnes xpianos comprehē-  
dit: inter quos. xxxiij. sunt de-  
tenti: et ante ipsum adducti.

Quos imperator: neruis crudis iussit cedi: et la-  
pidibus ora eorum contundi: et annotato vnus-  
cuiusq; nomine ferro vinctos in carcerē reclu-  
dit fecit. Quorum cōstantiam et fidem videns  
adrianus prior officij militaris: conuersus ad  
xpm cum eorum nomina scriberentur fecit et se  
cum ipsis annotari: dicens se christianum esse.  
Quod audiens imperator ipsum sacrificare no-  
lentem: cum ceteris similiter ferro vinctum in  
carcerem poni mandauit. Natalia hō vxor eius  
que christiana erat: audiens verum carceratum  
et causam ignorans: p̄mum quidem dolēs si e-  
re cepit: sed cum didicisset: q̄ propter xpi fidē  
hoc pateret: gaudia ad carcerē cucurrit: et vin-  
cula viri sui et aliorum osculari cepit: et virum su-  
um multis sermonibus exhortari admonens vt  
terrena sperneret: et omnes attinentes contem-  
neret: et ad celestia semper intenderet. Adria-  
nus hō eidem promisit: vt secunda iret: quia eaz  
accerfirer: vt finem suum per martyrium vide-  
ret. Illa quoq; virum suum alijs sanctis recō-  
mendans: vt eum hortaretur: ad domum suam  
rediit. Postmodum audiens adrianus diē sue  
passionis adesse: dās munera custodibus: et san-  
ctos qui cū eo erant p̄bēs fideiussores: abijt  
domum vocare nat̄: iam: vt ei promiserat: vt eo-  
rum passionibus p̄sens esset. Illa hō audies  
per nuncium q̄ vir suus veniret non credebat:  
donec famulus domus domini ei adesse nun-  
ciauit. At ipsa putans q̄ martyrium refugisset:  
et idcirco solutus esset: amarissime flere cepit:

et ostium domus cōtra eum clausit d̄ris sermo-  
nib; exprobrās et: q̄ xpm dominū abnegasset.  
Quod audiens adrianus admirabatur: et gau-  
debat: et ex hoc ad martyriū ardentior effectus  
est. Et cum instaret precibus: vt ei sanuam ape-  
risset: enarrans ei qualiter sanctos martyres p̄  
se obfides dederat: et qualiter ad eam reuiscen-  
dam venerat. Natalia eundem cum gaudio sus-  
cepit: et seinuicem osculantes ad carcerem si-  
mul abierunt: vbi natalia per. viij. dies sanctorū  
vlcera exercebat. Statuta autē die: maximia-  
nus eos sibi p̄sentari fecit: qui resoluti penitio:  
quia ambulare non poterāt: velut animalia por-  
tabantur. Adrianus hō retro vinctis manibus  
sequebatur: et natalia cum eo deambulans ipm  
horabatur. Et cum sacrificare noller: iussit im-  
perator: a quattuor validissimis viris ipm gra-  
uissime et diutius cedit: ita vt eius viscera effun-  
derentur. Deinde ipm vna cum alijs in carcerē  
trudt. Ad quem accedens natalia ipm lacrem  
et pene euisceratū dulciter rosonebat: cui ex-  
plo et alie matrone christiane ceteris sanctis in-  
tra carcerem ministrabant. Et cum hoc impe-  
rator comperisset et mulieres carcerem ingredi  
prohibuisset: omnes se toronderunt: et mutato  
habitu vilibus vestibus indute: sanctos visita-  
re non desiterunt. Quod audiens maximianus  
precepit: vt omnes martyres fractis cruribus  
interirent. Timens hō natalia ne vir suus alto-  
rum supplicij expaueret: rogauit ministros:  
vt ab eo inciperet: abscisis ergo ab eo pedibus  
curribusq; contractis: cum adhuc superuolueret  
rogatu natalie manum ei p̄sciderunt: vt alijs  
qui plura passi fuerant compar esset. Quo fa-  
cto ipm deo reddidit. Ceteri hō pedes vitro  
protendentes: sic crurifrago ad dominū migra-  
uerunt: ret autem corpora eorum cremari man-  
dauit: sed natalia manum adrianū in sinu abscō-  
dit: verum subito timore vehementissimo erum-  
pente: igneque extincto corpora martyrum illesa  
seruata sunt: que a xpianis rapta constantino-  
polim sunt delata: ibiq; digno honore cumula-  
ta: qui passi sunt. vi. idus septēbris circa an-  
num domini. cccxx. Qualiter autem natalia in-  
de processit: supra in eius hystoria actum est ka-  
len. decembris.

De sancto Adriano papa et con-  
fessore. Cap. liij.



**Adrianus**

papa huius no-  
minis primus na-  
tione romanus  
ex parte Theos-  
doro de regione vialata Ste-  
phano tertio pontifici roma-  
no in episcopatu successit: et  
sedit annos. xliij. menses de-  
cem: dies. xvij. Die sancti